in Pyxide, vbi conseruatur Eucharistia Sacramentum, an debeat permanere aliqua palla ex lino confecta, & benedicta. tr. 1. ref. 180. §. 1. ibid.

Pyxidem cum Eucharistia Sacerdos sine stola, & cotta ad aliud Altare transferens non peccat, nisi venialiter, etiam si adsint qui videant. tract. 1. ref. 195. §. 3. p. 112

Pyxis super Altare, non autem super Aram in cornu Epistolæ fuit per errorem apposta plena particulis, quas Sacerdos in Sacristia habuit intentionem consecrandi, an remanserint consecrata, si Sacerdos de illis amplius non meminerit. tr. 1. ref. 217. & 218. p. 128. & 129

Pyxis cum particulis super Corporali, etsi non aperjatur tempore consecrationis, sit tamen consecratio. tr. 1. ref. 217. §. 2. p. 129

Pyxidem quidam Sacerdos post offertorium reposuit in Tabernaculo plenam particulis, & clauso Tabernaculo postea tempore consecrationis habuit actualem intentionem dictas particulas consecrandi, an reuera consecrata remanserint. tract. 1. ref. 219. §. 1. p. 130

Si in Pyxide continente plures particulas consecratas miscatur aliqua non consecrata, an possit Sacerdos validè illam consecrare, si non dignoscitur? tract. 1. ref. 231. §. 1. p. 141

Vel an licitè & validè possit consecrare sub conditione omnes particulas, vt non remaneat mixta consecratis illa alia non consecrata. ibid. §. 4. p. 142

Planeta.

Ex planeta duplicata possunt fieri duæ, & etiam si separentur, possunt retinere suam figuram. tr. 1. ref. 184. §. 4. p. 107

Plures.

Plures Sacerdotes an in aliquo casu possint ministrare simul Extremam Vñctionem moribundo, si vnus aliquam functionem efficiat, & formam ei respondentem proferat, alius aliam, & alter verò reliquum perficiat. tr. 4. ref. 22. §. 1. p. 256

Podagra.

* Vide verb. *Religiosus, Sacerdos.*

Pœna.

Pœna persoluenda ab iniuste resiliente in contractibus sponsalium, an validè apponatur. tract. 6. ref. 12. §. 1. p. 336

Vbi, quod iniuste resiliens non tenetur soluere pœnam ex pacto resilienti impostam etiam, si iuramento firmetur. §. 2.

* Vide verb. *Affinitas, Ecclesia, Hæresis, Mater, Patrimonium, Prohibitum.*
Pœnitentia Sacram.
 * Vide verb. *Confessio, Mulier, Parochus, Phreneticus.*

Pollex.
 * Vide verb. *Manus, Ministrare.*
Po'uere, Pollutio.

Qui post pollutionem voluntariam postea confitetur, an peccet tantum venialiter sumendo Eucharistiam intra unum diem sine iusta causa. tr. 2. r. 4. §. 1. p. 185
 Et an faciat contra consilium Rubricæ Missalis sumendo Eucharistiam eadem die pollutionis voluntariæ, quamvis confitetur, & ita peccet saltem venialiter. tr. 2. ref. 49. §. 1. p. 186

Pollutionem voluntariam habenti non est consulendum abstinere ab Eucharistia suscipienda, præsertim si causa fuisset voluntaria; in d. etiamsi ea si fuisset voluntaria, & aliquis eam noctu commisisset, si de ea confiteretur. tr. 2. ref. 50. §. 2. ibid.

Si pollutionem inde sequenturam dans operam rei alioquin licitæ & præceptæ aduertat, quam retenta actione possit impedire, tenetur impedire, alioquin mortaliter peccabit. tract. 6. ref. 193. §. 4. p. 450. & ref. 207. §. 4. p. 460

Quando ex pollutione præuisa quis peccet, vel non peccet mortaliter? Vbi pro praxi aliqui casus, sed iam omnes appositus sunt in aliis verbis huius indicis. tr. 6. ref. 207. per totam. p. 459

* Vide verb. *Amplexus, Coniux, Diuortium, Incessus, Osculum, Tactus.*

Pontifex.
 Pontifex an anticipet diem sequentem pro sua Capella, ut in nocte Natiuitatis Domini Cardinalis celebret ante mediam noctem, vel saltem tacite dispense cum dicto Cardinali, ut non ieiunus celebret ante mediam noctem. tr. 3. ref. 12. §. 1. p. 228

Pontifex an possit ex aliqua iusta causa matrimonium infidelium ad fidem conuersorum etiam consummatum dissoluere. tr. 6. ref. 125. §. 4. p. 407

* Vide verb. *Episcopus, Parochus, Sacerdos.*
Pontificale.
 * Vide verb. *Episcopus, Locus.*

Porrigere.
 * Vide verb. *Instrumentum, Panis, Tange, Vinum.*
Possessio.

* Vide verb. *Beneficium.*
Potestas.
 * Vide verb. *Episcopus, Excommunicatio.*
Potus.

* Vide verb. *Tempus.*
Præbendarius.

Præbendarius Ecclesiæ Cathedralis, qui parum intelligit linguam Latinam, an possit ab Episcopo ordinari, præsertim in Sacerdotem. tr. 5. r. 7. §. 2. p. 300

Præbere.
 * Vide verb. *Medicina.*
Præceptum.

Præcepto de audienda Missa in die festo an satisfaciat, qui Missam alicuius Sacerdotis audit, qui sine licentia, privilegio, aut causa legitima celebrat per duas, vel tres horas post meridiem. tract. 1. ref. 108. §. 4. p. 62

Præcepto audiendi Missam die Dominico an satisfaciat, qui audit Missam, quæ dicitur in Capella Papali ante mediam noctem Natalis Domini, quando dies Natalis incidit in Feria secunda. ibid. §. 5

In præceptis Ecclesiasticis tempus mediæ noctis quomodo sit sumendum. tr. 1. ref. 111. §. 1. p. 65

Præceptum diuinum debet præualere Ecclesiastico, quando vtrumque cadit in eadem persona. tract. 1. ref. 134. §. 1. p. 79

Præceptum aliquod an sit, ut in Ecclesiis ante Eucharistiam in templis lumen perpetuum ardeat. tract. 1. ref. 154. §. 2. p. 93

Præceptum extat de lumine, quando Eucharistia datur ad infirmos. ibid.

Et quid si pro Viatico deferatur Eucharistia ægroti longè distanti. ibid.

Præceptum adest, ut Corporalia, Patena, Calix, & huiusmodi debeant esse benedicta, aut consecrata. tr. 1. ref. 179. §. 2. p. 104

Præceptum an sit sumendi Extremam-Ventioem in articulo mortis. tr. 4. ref. 24. §. 1. in fine. p. 257

* In indice primo ponitur in principio huius tract. 2. de Præcepto Diuino & Ecclesiastico. Sæpe Communionis etiam pro articulo mortis, ipse titulus demonstrat, quod omnes quæstiones dicti Tract. pertineant ad hoc verb. Præceptum; ibi ibi inquiratur quidquid occurrere potest circa prædicta.

* Eadem est ratio pro Tract. 3. de Præcepto Ecclesiastico audiendi Missam in die festo, ubi per totum dictum Tract. circa prædictum præceptum.

* Vide etiam in hoc indice verb. *Episcopus, Hereticus, Infidelis, Infimus, Intentio, Omnis, Optio, Necessitas, Parochus, Paritas materia, Pænitentia, Sacramentum, Puer, Satisfacere, Voluntas.*

Præcipere.
 * Vide verb. *Ecclesia, Filius.*
Prædicans.

* Vide verb. *Concionator.*
Prælatio.

Qui dum Præfatio dicitur, accedit ad audiendum Sacrum, si non sit aliud, an teneatur illud audire. tr. 3. ref. 23. §. 1. p. 235

* Vide verb. *Oblatio.*
Prælatum.

Prælatum Regularis an in aliquo casu priuata auctoritate possit minuire numerum Missarum, non obstantem Decreto Urbani VIII. tr. 1. ref. 14. §. 1. p. 6

Si Prælatum mihi quotidie celebrare præcipiat in genere, an possim, quando licite & ex honestate post me vacare à celebratione, in illa die in rei utilitatem, parentum, & amicorum celebrare. tract. 1. ref. 55. §. 2. p. 30

Prælati Ecclesiarum Cathedralium, Collegatarum, & Conuentualium debent curare, ut singulis diebus in sua Ecclesia saltem Missa una celebretur. tr. 1. ref. 83. §. 1. p. 44

Præmittere.
 * Vide verb. *Dubitans.*
Præparatio.

In præparatione ad Missam, preces, & osculum amictus, stola, atque manipuli, an à celebrantibus pro defunctis debeant omitti, &c. tr. 1. ref. 37. §. 2. p. 94

Præsentia.

Sine præsentia Parochi, & testium matrimonium contractum an transeat saltem in sponsalia de futuro. tr. 6. ref. 80. §. 1. p. 379

Et an hoc procedat, si illud matrimonium fuerit iuramento consummatum. ibid. §. 2

Et an dicti contrahentes possint discedere à tali contractu matrimonij sine vlla iudicis auctoritate, & cum aliis contrahere, nec indigeant iuramenti relaxatione. ibid.

Præsumptio.
 * Vide verb. *Mulier.*
Præuenire.

* Vide verb. *Pascha.*
Præuidere.

Qui præuidet de proximo se reddi impotentem ad audiendum Sacrum, vel se inebriando, aut incurtando excommunicationem, aut ingrediendo periculis

ANTON
 Opera
 Tom. I & II
 E III

Rerum Notabilium.

nationem, & iter voluntarium, &c. an peccet non audiendo antea Sacrum. tr. 3. ref. 14. §. 4. p. 230

Preces.

* Vide verb. *Preparatio.*

Presbyter, Presbyteratus.

Si Presbytero tradatur ab Episcopo materia vera panis, & vini in Calice & Patena non consecratis, aut in aliis quibuscumque vasis, an Ordo sit validus. tr. 5. ref. 4. §. 1. p. 269

De Presbyteratus Ordinis materia. tract. 5. resol. 6. §. 1. pag. 270

Vbi, quod Presbyteratus ordinatio consistit in prolatione prima forma cum applicatione suae materiae, & impositione manuum cum verbis secundae formae non est essentia, & substantia Ordinis Sacerdotalis, sed adhibenda sunt ratione praeccepti. §. 2.

* Vide verb. *Contactus, Sacerdos, Tangere.*

Primicerius.

Primicerius templi S. Marci Veneti semper celebrat ieiunios in Missa, quam ante mediam noctem Natiuitatis Domini celebrat: quod non accidit in Cardinali celebrante in praedicta nocte in Capella Pontificis. tr. 3. ref. 11. §. 4. p. 227

Princeps.

* Vide verb. *Religiosus.*

Prinare.

* Vide verb. *Coniux, Ius, Mulier, Vir, Vxor.*

Priuilegium.

Priuilegia Regularium circa legata Missarum an per Decreta Sacrae Congregationis fuerint reuocata. tr. 1. ref. 8. §. 1. p. 2

Priuilegium aliquod an habeant Regulares post Decretum Urbani VIII. cuius vigore possunt hodie, vt olim, reducere Missas ad minorem numerum. tr. 1. ref. 9. §. 1. ibid.

Vbi concessio hoc priuilegio Minimis, & Minoribus, an talis gratia aliis Religionibus per communicationem suffragari possit. §. 2. p. 3

Priuilegium moderandi Missas, & annuersaria a testatoribus ante Tridentinum relicta non reuocantur per Decretum Urbani VIII. sed tantum earum reductio, quae post Tridentinum sunt acceptatae. tract. 1. ref. 13. §. 5. p. 6

Priuilegia non sunt extendenda de persona ad personam, etsi similitudo rationis adsit. tr. 1. ref. 8. §. 5. pag. 43

Si priuilegij clara sint sauis verba, & certam habeant significationem, nulla adhibenda est extensio, & interpretatio, sed tenor & forma priuilegij sunt obseruanda. ibid. §. 6

Priuilegia multa pro Regularibus, Sacerdotibus, & laicis, vel conuersis sunt concessa, quibus possunt licite tangere Calicem, Patenam, Corporalia, & aliquas alias res sacras. tr. 1. ref. 182. §. 1. p. 106

Priuilegia Regularium non interire per non usum, nisi post centum annos, explanatur. tract. 2. ref. 20. §. 6. pag. 169

Priuilegium clausum in corpore iuris in generali derogatione nunquam comprehenditur. tr. 5. r. 79. §. 3. p. 302

Priuilegium concessum Regularibus, vt possint ordinari extra tempora, an extendatur ad Nouitios. tr. 5. ref. 84. §. 1. p. 307

Priuilegium concessum Societati Iesu, vt possint ordinari extra tempora, &c. an extendatur ad alias Religiones per communicationem priuilegiorum. ibid. §. 3. p. 308

Vbi an quando virtute dicti priuilegij, vel aliorum Regularium ordinantur in tribus diebus festiuis, an possint ordinari in festis duplicibus. §. 16. p. 309

Priuilegia Regularium quoad facultatem suscipiendi

duplicem Ordinem sacrum eodem die, & ab Episcopo in aliena Diocesi absque licentia proprii, an sine reuocata à Conc. Trid. tr. 5. ref. 88. §. 1. & seq. p. 313

Vbi, quod quando priuilegium conceditur alicui, vt extra tempora in tribus Dominicis, vel diebus festiuis ordinetur, quin additum fuerit *duplicibus*, vel *semiduplicibus*, intelligi debet de festis diebus, qui à Clero & populo sub obligatione praeccepti celebrantur. §. 2.

Priuilegia Regularium reuocata à Concilio Tridentino intelligantur reuocata etiam in foro conscientiae, ita vt Regulares vti illis non possint. ibid. §. 3.

Per priuilegia Regularium an possit dispensari votum castitatis ab utroque coniuge ex communi consensu emissum, vt propter periculum incontinentiae petant, & reddant debitum. tr. 6. ref. 219. §. 1. p. 467

* Vide verb. *Abbat, Animus, Beneficium, Familiars, Graecus, Iesuita, Pascha, Patrimonium, Regulares, Superiores Regulares.*

Probabile.

* Vide verb. *Opinio probabilis.*

Procuratio, Procurator.

Per Procuratorem matrimonium inter absentes contractum coram Parocho & testibus an sit Sacramentum. tr. 6. ref. 60. §. 1. p. 366

In Procuratore aetas, vel diuersitas sexus, nullius sunt momenti: ideo femina potest contrahere in tali casu matrimonium pro viro. ibid. §. 5.

Procurator non debet excedere suum mandatum, alioquin matrimonium est nullum. ibid. §. 6.

Procuratio supradicta non est necessarium, vt fiat coram Parocho & testibus, licet coram eis postea sit inuendum matrimonium. ibid.

Procuratore misso ad contrahendum, si mandans in amentiam incidat, an matrimonium sit validum, si Procurator illud contrahat. tr. 6. ref. 61. §. 1. ibid.

Per Procuratorem in matrimonio contrahendum quae sit materia & forma. tr. 6. ref. 97. §. 2. p. 394

* Vide verb. *Metus.*

Proferre.

* Vide verb. *Forma, Sacerdos.*

Professio, Profiteri.

Professio debet fieri a sciente & volente, & professio tacita inducitur faciendo propria opera professorum. tr. 5. ref. 114. §. 2. & 5. p. 329

Professio potest emitti ante annum probationis exactum, v.g. intra bimestre, quando quis ante consummationem matrimonij vult ingredi Religionem. tr. 6. ref. 42. §. 3. p. 352

Si professionem aliquis emisisset eum conditione, pacto, seu modo de retinendo, seu habendo proprio independenter à Superiore, an dicta professio non valeat, &c. tr. 6. r. 79. §. 2. p. 378

Per professionem solemnem Religionis ante matrimonium conuersi cum infideli contractum ante Baptismum dissoluatur? tr. 6. ref. 125. §. 1. p. 406

Professio an sit valida, si vir minatur mortem vxori in adulterio reperta, nisi Religionem proficatur, quando minatur mortem autoritate iudicis infligendam, secus vero si minaretur propria autoritate? tr. 6. r. 139. §. 4. p. 415

* Vide verb. *Adulterus, Aetas, Menstrualis, Opinio, Pubes, Vir, Votum.*

Prohibere, Prohibitio, Prohibitum.

Prohibitio moderandi Missas facta Episcopis, an comprehendat etiam annuersaria, & officia defunctorum? tr. 1. ref. 6. §. 1. p. 2

Vt prohibitum sit aliquid ab Ecclesia scite, non sufficit ad incurrandam excommunicationem, suspensionem, interdictionem, inhabilitatem, &c. sed necessarium est, vt sciam de poena, idque prohiberi sub poena excommunicationis, suspensionis, interdictionis, inhabilitatis.

Index

habilitatis, irregularitatis, &c. tr. 6. r. 2. 4. 1. §. 3. p. 483
* Vide verb. *Accedere, Affinitas, Consanguinea, Ecclesia, Episcopus, Nuptia, Parochus, Parnitas materia.*

Proles.
Ne proles multiplicentur, cessante incontinentia periculo, an sit peccatum mortale non reddere debitum. tr. 6. ref. 182. §. 1. p. 443
Ne proles multiplicentur, an sit validum pactum inter conjuges initum se continendi, secluso incontinentia periculo. *ibid.* §. 3
* Vide verb. *Coniux, Mulier.*

Promissio, Promissum, Promittens, Promittente.
Si promittit Sacerdos liberaliter alicui vnum Sacrum animo se obligandi, si promissionem non adimpleat, an peccet mortaliter. tr. 1. ref. 33. §. 8. p. 17
Promissionis contractus sine animo se obligandi vero, sed tantum ficto, an obliget promittentem. tract. 6. ref. 7. §. 1. p. 335
Qui promittit fictè aliquam ducere, tantum tenetur ratione damni illati, si corrupit, & non aliter. *ibid.* §. 1
Qui promittit fictè, & sub ea spe virginem defloravit, & deceptus, tenetur implere promissionem, etiam si disparis conditionis sit, vel in nobilitate, vel in diuitiis, dummodo revera nullum aliud signum exterius fuerit, quo indicaret dolo promittere. *ibid.* §. 3
Promissio nulla dotis praeuia, an possint dissolui sponsalia ob paupertatem sponsae superuenientem. tr. 6. ref. 18. §. 1. p. 340
Et quid si ipsa sponsalia essent iuramento firmata. *ibid.* §. 2
Si promittat vnus matrimonium, & alius acceptet, non autem repromittendo, an maneat promittens obligatus? tr. 6. ref. 144. §. 1. p. 418
Promissio futuri matrimonij non obligat ante acceptationem, neque ex iustitia, neque ex fidelitate. *ibid.* §. vlt.
Promissio, & sponsio matrimonij facta infanti in fauorem illius, non est firma vel recta, neque expectandum est, donec ille velit repudiare, vel acceptare. *ibid.* in eodem §.
Promissio matrimonij etiam absente fieri potest, sed in hoc non seruatur stipulationis solemnitas; attamen antequam acceptetur ab absente, potest reuocari, & non obligat. *ibid.* in eodem §.
Si promittente viro matrimonium eam promissionem femina acceptat, contractus sponsalium valet, neque est necessaria alia repromissio, &c. in eodem §. post medium, *ibid.*
Vt promissio adulteri de matrimonio contrahendo post mortem viri inducat impedimentum, an debeat esse externa? & acceptata, & non sufficiat taciturnitas, sed requiratur promissio mutua, & reciproca? tr. 6. ref. 168. §. 1. p. 436. & ref. 169. §. 1. *ibid.*
* Vide verb. *Adulterium, Coniux, Corruptere, Deflorator, Fidei, Filius, Impunitas, Iuramentum, Promouere.*
* Vide verb. *Vir.*

Pronunciare.
Qui pronunciat in choro capitulum, & collectam in peccato mortali, an peccet mortaliter? tr. 5. ref. 119. §. 1. p. 331
* Vide verb. *Officialis.*
Protestari.
* Vide verb. *Capellanus.*
Prouidete.
* Vide verb. *Capellanus.*
Pronuncia.
* Vide verb. *Impedimentum.*
Pronuncialis.
Pronunciales Ordinum, dum Missam celebrant, possunt sedere in cornu Euangelij, sicut Episcopi. tr. 1. r. 19. §. 2. p. 112

Prouisor Episcopi.
* Vide verb. *Ordinarius.*
Puber, Pubertas.
Ante pubertatem ordinatus Ordinibus sacris an teneatur continere? tr. 5. ref. 13. §. 1. p. 328
Et quid si adeptus pubertatem votum castitatis in ordine sacro contentum non ratificauit, *ibid.*
Et an praedictum votum a parentibus, vel tutoribus ratari possit? *ibid.*
Vbi, quod ante pubertatem votum solemne expressum in Religione emissum, nisi post pubertatem ratificetur, non valet, nec obligat.
Imò hodie votum solemne expressum profissionem non valet vsque ad decimum sextum annum completum. Idem dicendum erit de initiato Ordinibus sacris ante decimum sextum annum, nempe quod non teneatur continere. *ibid.* §. 2
Puber quis factus an possit statim resilire? Sponsalia non expectata alterius? tract. 6. ref. 11. §. 1. p. 336
Puber factus, si vult, debet statim reclamare, alia si mora fuerit, censetur tacite sponsalia confirmare, & statim fieri dicitur, quod intra triennium fit. *ibid.* §. 1
Nec pubertatem alterius expectare tenetur. tr. 6. ref. 11. §. 5. p. 341
Vbi an pro foro conscientiae sufficiat, si interius reclamatio fiat, vel an teneatur illam manifestare coram Episcopo, vel eius Vicario, & illis deserventibus, coram honestis personis?
Pubertati proximi quinam dicantur. tr. 6. r. 4. §. 1. p. 341
Pubertati proximi quinam sint ad hoc, ut eis matrimonium concedi debeat. *ibid.* §. 9
* Vide verb. *Coniux, Oculari, Testicari, Vir.*
Puella.
Quando puella tacet, & nullus pro ea respondet, an sit validum matrimonium? Vel an sit necessarium, ut pro ea respondeat pater, mater, curator, vel tutor. tr. 6. ref. 53. §. 4. p. 363
Et quid si in tali casu extraneus repromittat. *ibid.*
* Vide verb. *Curator, Rapina, Tutor.*
Puer.
Pueri an eodem tempore, quo sunt capaces Sacramenti Bonitatis, sint etiam Eucharistia. tr. 2. r. 1. §. 1. p. 157
Pueri non obligantur ad communionem ante duodecimum annum. *ibid.* §. 1. & 4. p. 158
Pueri non communicantes ante decimum quartum annum non ligantur excommunicatione, an penis latis pro hoc praeccepto? *ibid.* §. 3
Pueri, qui possunt confiteri ad lucendum libellum, sunt ad Eucharistiam admittendi. tr. 2. r. 6. §. 2. p. 158
Puer non habens adhuc usum rationis, si reciperet sacramentum Eucharistiam, an reciperet gratiam Sacramenti? tr. 2. ref. 7. §. 1. *ibid.*
Pueri rationis & confessionis capaci an Eucharistiam in mortis articulo debeat praebere? tr. 2. r. 88. §. 1. p. 159
Et quid si dubitatur, utrum sint doli capaces, & hoc Sacramentum sufficienter discernant? *ibid.* §. 2. p. 159
Pueri pro praeccepto diuino an teneantur in mortis articulo Eucharistiam recipere, quamuis ad hoc Ecclesiastico praeccepto non obligentur? *ibid.* & ref. 89. *ibid.*
Quando puer censetur ad annos discretionis peruenire, ut teneatur praeccepto Ecclesiastico suscipiendi Eucharistiam. *ibid.* §. 2
Pueri habentes usum rationis an statim teneantur praeccepto de audienda Missa in die festo. tr. 3. ref. 9. §. 1. p. 226
Puerum si cognoscat Parochus per confessionem non quam actualiter peccasse, an teneatur ministrare illi Extremam-Vnctionem. tr. 4. ref. 4. §. 1. p. 264
Puer an sit vngendus sub conditione, quando dubitatur,

Rerum Notabilium.

tur, si habeat usum rationis, tr. 4. ref. 43. §. 1. ibid.
Et quid si dictus puer receperit Sacramentum Pœnitentiae etiam sub conditione? ibid.

Et quid si puer non sit capax Sacramenti Eucharistiae, tr. 4. ref. 44. & 45. §. 1. ibid.

* Vide verb. *Infirmus, Oculari.*

Pulchritudo.

Ob pulchritudinem contrahere matrimonium non est neque veniale peccatum, tr. 6. ref. 200. §. 3. p. 454

Pulchrum.

Si pulchra esset sponsa tempore sponsalium, an dissoluantur sponsalia ea effecta notabiliter deformis, tr. 6. ref. 17. §. 1. p. 339

* Vide verb. *Deformitas.*

Punire.

* Vide verb. *Episcopus.*

Purificare.

* Vide verb. *Sacerdos.*

Purificatorium.

Purificatoria post primam lotionem possunt feminis maxime virginibus tradi integrè lauanda, & rescicienda, tr. 1. ref. 182. §. 1. p. 106

* Vide verb. *Calix.*

Q

Quadragesima.

* Vide verb. *Nuptia, Pascha, Traducere.*

Quantitas.

* Vide verb. *Attrahere, Cadens, Oleum, Panis, Pars, Reliquia sacra.*

R

Rapere, Raptus.

Quis Raptus libidinis causa virginem, & cum illa adhuc in sua potestate existente matrimonium contraxit: quæritur, an fuerit validum, tr. 6. ref. 152. §. 1. p. 422

Vbi, q. 1 in Concil. Trident. solum ea raptus species punitur, per quam vis inferretur puellæ, non autem parentibus: unde si illa consentiat, validum erit matrimonium, §. 3

Raptus, quo femina rapuit virum, an dirimat matrimonium, tr. 6. ref. 153. §. 1. ibid.

Raptus an irritet sponsalia, ibid. §. 3. p. 423

Ratificare.

* Vide verb. *Ætas, Ius, Mœnus, Pubertas, Votum, Usus rationis.*

Ratihabitio.

Per ratihabitionem an Episcopus possit ordinare alienum subditum, tr. 5. ref. 33. §. 2. p. 285

Ratio.

* Vide verb. *Coniux.*

Rebaptizans.

Rebaptizans fidei in foro conscientie excusatur ab irregularitate, tr. 6. ref. 169. §. 2. p. 436

Recedere.

* Vide verb. *Inferniens.*

Recitare.

Si non recitat Sacerdos celebrans in Missa solemnè, sed tantum audit *Gloria, Credo, Epistolam, Prophetiam, & Evangelium*, dum ab aliis hæc omnia recitantur, aut cantantur, an peccet, tr. 1. ref. 188. p. 109

* Vide verb. *Epistola, Evangelium, Manus, Voluntas.*

Reclamatio.

* Vide verb. *Pubertas.*

Recompensare.

* Vide verb. *Ius.*

Reconciliare, Reconciliatio.

* Vide verb. *Adultera, Coniux, Vir, Vovero.*

Recreatio.

* Vide verb. *Rus.*

Redditus.

* Vide verb. *Pauper, Reductio.*

Reducere, Reductio.

Reducere Missas in fundatione positas an possint Episcopi vigore Concilij Tridentini, tr. 1. ref. 1. §. 1. p. 1

Reductio Missarum, quæ post Concilium Tridentinum relicta fuerunt, ad minorem numerum, an possit ab Episcopis fieri? tr. 1. ref. 2. §. 1. ibid.

Et quid si ante Concilium Tridentinum fuerint impositæ, ibid. §. 2

Reductio Missarum an sit faciendâ ab Episcopo in Synodo? tr. 1. ref. 3. §. 1. ibid.

Reductio Missarum ad summam minorem an possit fieri à Generalibus Religionum absque Capitulo, tr. 1. ref. 4. §. 1. ibid.

Reducendi Missas facultas data Episcopis, & Generalibus Religionum, an comprehendat etiam annuversaria, & officia pro defunctis, tr. 1. ref. 5. §. 1. p. 2

Reducendi Missas prohibitio facta Episcopis an comprehendat etiam annuversaria, & officia defunctorum, tr. 1. ref. 6. §. 1. ibid.

Reducendi Missas ad minorem numerum quam facultas sublata sit Episcopis, & Generalibus Ordinum, tr. 1. ref. 7. ibid.

Reductio Missarum ad minorem numerum an aliquando sine licentia Papæ, aut Sacræ Congregationis possit fieri à Superiore Regulari, vel sæculari Sacerdote, tr. 1. ref. 12. §. 1. p. 4

Verbi gratia si deficerent notabiliter redditus relicti pro Missis dicendis, vel totum Capitale periisset sine culpa Sacerdotis, vel Conuentus, tr. 1. ref. 13. §. 2. & seqq. p. 5

* Vide verb. *Privilegium.*

Regula.

Regula est generalis, in Missa nihil repetendum esse, nisi probabiliter, imo certò dubitetur, eo quod non sufficiat quodcumque dubium, esse essentiale, quod fuit omisum, tract. 1. ref. 191. à §. Sed quid, & §. ult. p. 111

Regulæ Missalis non obligant ad mortale, nisi contineant essentiam, vel quasi essentiam Sacrificij: reliquæ verò non sunt præcepta, sed consilia, & instructiones, tr. 1. ref. 166. §. 2. p. 97

* Vide verb. *Generals, Religiosus.*

Regulares.

Regulares an possint satisfacere pluribus Missis debitis per vnam tantum Missam cum tot commemorationibus in ea faciendò, quot Missæ essent dicendæ, tr. 1. ref. 11. §. 1. p. 3

Regulares in festis duplicibus an possint dicere Missas votivas cum *Gloria in excelsis Deo*, tr. 1. ref. 76. §. 1. p. 41

Et an etiam Missas Spiritus sancti, B. Mariæ, &c. & defunctorum, ibid.

Regularibus concessa Missa alicuius S. Beatificati, an alij Sacerdotes in Ecclesia assignata in Decreto Beatificationis possint Missam de eodem S. Beatificato celebrare? Et quid de Missa Sanctissimi Rosarij, tr. 1. ref. 80. & 81. §. 1. p. 42. & 43

Regulares, si cum Feria occurrat festum in Quadragesima, an duas Missas teneantur celebrare, tr. 1. ref. 87. §. 1. p. 45

Clerici Regulares in suis Ecclesiis Missam solemnem omittentes an peccent mortaliter, tract. 1. ref. 86. §. 1. ibid.

Regulares post finitum Matutinum an possint ex privilegiis illico, aut duabus horis post mediam noctem Missam dicere, tr. 1. ref. 101. §. 3. p. 58

Et an super hoc reuocatum sit privilegium Alexandri VI. per Tridentinum, & Bullam Pij V. tract. 1. ref. 102. §. 2. p. 59

Et an saltem per privilegium Pij V. concessum post Tridentinum, hoc facere Regulares possint, tract. 1. ref. 103. §. 1. ibid.

Regulares vigore privilegiorum an possint celebrare ex iusta causa vsque ad horam Nonam inclusivè? Vbi de iustis causis agitur, tr. 1. ref. 109. §. 1. p. 63

Et quid de alio privilegio Leonis X. circa supradicta? tr. 1. ref. 110. §. 3. ibid.

Regularis Sacerdos an peccet mortaliter, si in Canone Missæ ponat nomen sui Generalis loco nominis Episcopi? tr. 1. ref. 194. §. 1. p. 112

Regulares, qui communicant laico more, vt impleant Præceptum Paschalis communionis, an teneantur recipere Eucharistiam de manu proprii Prælati. tr. 2. ref. 16. §. 1. p. 164

Regulares vagis, aduenis, & peregrinis, qui nullum domicilium habent, & operariis, qui conventionem faciunt per aliquod tempus ad laborandum in Conventu, & Parochia carent, seruis, & famulis etiam coniugatis an possint ministrare Eucharistiam tempore Paschali pro adimpletione præcepti, necnon in mortis articulo Viaticum, Extremam-Vnctionem, & sepulturam, ibid. §. 2

Regulares an possint ex privilegio ministrare Eucharistiam secularibus pro adimplendo præcepto annuæ communionis, tr. 2. ref. 17. §. 1. p. 165

Circa Regulares referuntur aliqua opinioniones in ordine ad ministrandam Eucharistiam secularibus tempore Paschalis, & mortis articulo, etiam familiaribus, & seruis adualiter in Monasterio, vel extra vicinitatibus. tr. 2. ref. 18. §. 1. p. 166

Regularibus supponitur non licere sub pœna excommunicationis Papalis iure communi administrare Eucharistiam, & Extremam-Vnctionem sine licentia Parochi: possunt tamen ministrare Eucharistiam extraneis Religionis, etiam tempore Paschalis pro adimpletione præcepti communionis, quando absunt à loco, vbi sunt eorum Prælati. tr. 2. ref. 22. §. 1. p. 170

Regulares siue incursione censuratum possunt in multis casibus præbere Eucharistiam secularibus pro adimplendo communionis præcepto tempore Paschalis; & dantur quinque casus pro praxi, ibid. §. 4. p. 171

Regulares ex pluribus Pontificum privilegiis possunt Viaticum ministrare hospitibus secularibus morbo laborantibus in suis Monasteriis, & Extremam-Vnctionem in periculo mortis, atque sepulturam in suis Ecclesiis, si intra Conventum moriantur, sine licentia Parochi, ibid. §. 7

Regularibus an possit Episcopus prohibere, ne ministrent Sacramentum Eucharistiæ per totum tempus, quo currit præceptum Ecclesiasticum annuæ communionis, tr. 2. ref. 23. §. 1. p. 172

Regulares, quando ex privilegio Missam celebrant tribus horis ante auroram, licitè possunt ministrare Eucharistiam laicis. tr. 2. ref. 47. §. 2. p. 185

Regulares in articulo mortis possunt ministrare Viaticum suis, familiaribus sine licentia Parochi. Idem est de Extrema-Vnctione. tractat. 2. resolut. 63. §. 1. p. 196

Et quid est sentiendum de aliis quibuscumque infirmis etiam in mortis articulo constitutis vbiq; an in casu necessitatis possint Regulares illis Viaticum, & Extremam-Vnctionem ministrare, ibid. p. 196

Regulares ex privilegio possunt conferre Extremam-Vnctionem familiaribus Regularium, hospitibus, iter agentibus, peregrinantibus, architectis, aut cuiusvis artis, aut officij officialibus, qui in Monasterio operam dant, siue sint extranei, siue ciues illius vrbis; & iis, qui Ecclesiæ immunitate gaudent, &

omnibus tandem laicis, quibus contingit tem Conventuum septa repentino casu hoc Sacramentum indigere, & etiam iis, quibus in prædictis, seu Regularium hoc euenierit, tract. 4. resolut. 3. §. 1. pag. 250

Regulares an possint hodie, non obstante Decreto Clem. VIII. die 3. Iunii 1599. ordinari ab Episcopo originis, neque id à Concil. Tridentino prohiberi, neque à dicto Decreto, neque ab vlt. contrario, an sint à fortiori ordinandi ab Episcopo Diocessano, tr. 5. ref. 35. §. 3. p. 286

Circa Regulares in ordine ad suscipiendos Ordines plures opinioniones refelluntur, tr. 5. ref. 87. §. 1. & ibid. pag. 309

Regulares an possint ordinari ab Episcopo extra tempora à iure statuta, tr. 5. ref. 86. §. 1. p. 311

Regulares habentes privilegium, vt possint ordinari extra tempora, an possint eo vti, vti Concil. Trident. receptum est, tr. 5. ref. 87. §. 1. p. 311

Regulares an possint ordinari non seruis temporum interstitiis à Concilio Trident. designatis, ex privilegio Clem. VIII. concessio Patribus Congregationis S. Iohannis Euangelistæ in Portugalia, & extra tempora, & per quemcumque Episcopum tribus Dominicis, vel festis continuis, vel interpolatis, tract. 5. ref. 90. §. 3. p. 314

Regulares an comprehendat Constitutio Pij V. circa suspensionem Ordinum ante tempus, vel sine dimissionis, & licentis necessitatis, tract. 5. ref. 91. §. 1. ibid.

Regulares omnes ex privilegiis possunt vbiq; extra tempora à iure statuta ab Episcopo ordinari, & quibusvis Ordinibus initiari, tract. 5. ref. 94. §. 1. pag. 316

* Vide verb. *Dispensatio, Ecclesia, Episcopi, Examen, Pecunia, Privilegium, Religio, Religiosa, Reiterare.*

Reiterare Sacramentum Confirmationis factum cum oleo sine balsamo Innocentius III. non mandavit, tr. 5. ref. 14. §. 2. p. 276

* Vide verb. *Abbas, Iterare.*

* Vide verb. *Iuramentum, Presentia, Religio.*

Si in Religione aliqua est consuetudo, vel statutum, quod ex benevolentia & gratitudine erga amicos, fundatores, protectores, benefactores, vel pro necessitatibus communibus Regni, civitatis, aut communitatis, & etiam ex Regula pro defunctis, & dicantur aliqua Missæ, potest nihilominus Sacerdos stipendium accipere ab alio, & illi Sacramentum applicare, tr. 1. ref. 41. §. 10. pag. 21. & in ref. 31. §. 1. pag. 17

Religionem ingredi post sponsalia etiam iuramento firmata, an licitum sit, tr. 6. ref. 29. §. 4. p. 346

* Vide verb. *Adultera, Coniugium, Religio.*

Religiosi, qui ex vi suæ Regule, constitutionis, & statuti tenentur certis diebus offerre Sacrificia pro defunctis sui Ordinis, pro Capitulis, & benefactoribus, an licitè possint offerre idem Sacrificium pro aliis, à quibus stipendium acceperunt, tr. 1. ref. 31. §. 8. p. 17

Religiosus ad Chorum professus, etiam nondum in Sacris, tenetur ad Horas Canonicas ex longa consuetudine iam recepta & præscripta in qualibet Religione, tr. 1. ref. 87. §. 5. p. 47

Religiosi, quibus licitum est ex privilegio hora ante ortum solis celebrare, an possint duas horas eum dimidia, imò & vno plus quadrante ante ortum solis celebrare, tr. 1. ref. 100. §. 4. p. 58

Et an per tres horas ante ortum solis, tr. 1. ref. 101. §. 3. ibid.

ANTON
Opera
Tom. 1 & II
E III

Rerum Notabilium!

Et an illicd post matrimonium ex privilegiis? *ibid.* & in *ref. 102. & 103. p. 58. & 59.*

Religiosi Parocho deficiente, aut nolente per se ministrare Eucharistiam secularibus, nec licentiam concedere, an possint illam ministrare ad implendum præceptum annuæ Communionis. *tr. 2. ref. 22. §. 5. p. 171*

Religiosi absente Parocho, si periculum est in mora, an licite possint Viaticum ministrare. *tract. 2. ref. 61. §. 1. p. 195*

Vbi agitur de excommunicatione Papali, quam incurrunr Religiosi ministrantes Clericis, aut laicis Sacramenta Eucharistiæ, vel Extremæ-Vnctionis, aut matrimonia solemnizantes, non habita Parochi speciali licentia. *ibid.*

Religiosus ministrans sine licentia Prælati Eucharistiam alteri Religioso moribundo, non incurrit dictam Papalem excommunicationem. *ibid. §. 2*

Neque quando Religiosus bona fide procedens, vel etiam cum ignorantia crassa, præbet Viaticum laico ex præsumpto consensu Pastoris. *ibid.*

Neque quando Religiosus ministrat Viaticum infirmo in necessitate, quia abest Pastor, vel quamvis adfuerit iniuste negat infirmo Viaticum. *ibid.*

Religiosus an possit tibi egrotanti, & ex deuotione communicanti Eucharistiam ministrare, sed non possit per vias & plateas solemniter deferre Eucharistiam. *tr. 2. ref. 62. §. 2. p. 106*

Religiosus podagta laborans, qui audit Missas, & simul audit confessiones Nouitiorum, vel peccata venialia aliorum, an satisfaciat præcepto audiendi Missam. *tr. 3. ref. 13. §. 2. p. 229*

Religiosus qui parum intelligit linguam Latinam, an possit ab Episcopo ordinari, præsertim in Sacerdotem. *tr. 5. a. ref. 75. vsque ad ref. 77. inclusiue, p. 299. & seqq.*

Quidam Religiosus inchoauit annum vigesimum tertium hora vigesima tertia diei, sed mane eodem die recepit Ordinem Diaconatus, an peccauerit, & in suspensionem incidit, tanquam ordinatus ante legitimam ætatem. *tr. 5. ref. 104. §. 1. p. 322*

Vbi quod stando in rigorosa sententia, quod annus debeatur esse iam inceptus, an sufficiat tamen ad singulos Ordines, vt per vnum medium diem annus inchoatus sit. *6. 4*

Imò an sufficiat per vnum, vel dimidium quadrantem horæ annum esse inceptum. *tr. 5. ref. 105. §. 2. p. 323*

Religiosi deficientibus hominibus secularibus, an teneantur contrahere matrimonium. *tr. 6. ref. 115. §. 1. p. 402*

Vbi an possit occurrere casus, in quo Religiosus teneatur matrimonium contrahere, vt quando sequerentur seditiones, & bella, nisi Principis filius Religiosus vxorem duceret; tunc enim sub peccato mortali matrimonium inire teneretur. *§. 3*

* Vide verb. *Adultera, Aetas, Coniux, Conuentus, Corruptere, Destorare, Dispensare, Examen, Generalis, Mulier, Prælati, Regulares, Religio, Surafter, Votum.*

Reliquia Sacra.

Reliquiarum loco an frustulum Corporalis apponi possit in consecratione Altaris. *tr. 1. ref. 178. §. 1. p. 103*

Quando Reliquiæ Sacrificij non possunt conseruari sine maiori irreuerentia, an in ea circumstantia non solum Reliquiæ præsentis Sacrificij, sed etiam præteritorum absumi possint ab ipso Sacerdote non ieiuno, non solum in Sacrificia induto adhuc sacris vestibus post finitam Missam, sed etiam postquam à multo tempore ab Altari recessit. *tr. 1. à ref. 245. ad 250. p. 152. & seqq.*

Et cuius quantitatis oporteat esse huiusmodi Reliquiæ.

quias, vt possint absumi, & non conseruari. *tr. 2. ref. 247. §. 3. p. 153*

* Vide verb. *Laicus, Pars, Sacerdos.*

Reliquia cibi.

Reliquiæ præcedentis diei, quæ hærent dentibus, si sponte, & voluntariè deglutiantur post mediam noctem, an impediunt Communionem, & Sacrificij celebrationem. *tr. 1. ref. 124. §. 1. p. 73*

Et quid si remaneant aliquæ notabiles, & magnæ reliquiæ cibi, etiam si casualiter deglutiantur. *ibid.*

Remanens, Remanere.

* Vide verb. *Mulier, Vir.*

Remittere.

* Vide verb. *Adulterium, Maritus.*

Renunciare.

Si renunciauit Episcopus tantum loco, & non dignitati, an possit conferre Ordines. *tract. 5. ref. 29. §. 1. p. 284*

Et quid maxime, si rogetur ab alio Episcopo. *ibid. §. 2*

Si renunciauit Episcopus loco, & dignitati, an possit saltem conferre minores Ordines. *tract. 5. ref. 30. §. 1. ibid.*

Vbi quod non potest conferre Ordines minores, etiam rogatus ab alio Episcopo. *ibid.*

* Vide verb. *Hereditas, Vir.*

Repetendum, Repetere.

Non repetere formam Extremæ-Vnctionis absque necessitate in singulis membrorum vnctionibus, an sit mortale. *tr. 4. ref. 40. §. 3. p. 263*

Et quid in dicto casu de nullitate, & valore Sacramenti. *ibid.*

* Vide verb. *Christma, Oleum, Omittere, Regula, Supplere.*

Repromittere.

* Vide verb. *Promittere.*

Reserare.

* Vide verb. *Femina, Vir.*

Reseruatio.

* Vide verb. *Nouitius.*

Residentia, Residere.

* Vide verb. *Beneficium.*

Resilire.

Resilire à sponsalibus an possit sponsa, quando sponsus permittit se ab alia impudicè tangi per oscula, amplexus, &c. *tr. 6. ref. 13. §. 1. p. 337*

Et quid si huiusmodi oscula, & tactus fortè fuissent frequentes. *ibid.*

* Vide verb. *Consanguineus, Deformitas, Impubes, Ius, Metus, Morius Gallicus, Os, Pactum, Pana, Pubes, Pulchrum, Virium.*

Respiratio.

* Vide verb. *Attrahere.*

Respondere, Responso.

* Vide verb. *Curator, Femina, Puella, Signum, Tutor.*

Restituere, Restitutio, &c.

Restituere an teneatur ille qui accipit stipendium pro vna Missa sufficiens ex iustitia ad mortale, si Missam non dicat. *tr. 1. ref. 33. §. 1. p. 16*

* Vide verb. *Adulter, Adultera, Mulier.*

Retraçtio, Retrahere.

* Vide verb. *Fornicatio, Versari, Vir.*

Reualidandum, Reualidare.

* Vide verb. *Coniux, Consensus.*

Renelare.

* Vide verb. *Adultera, Mulier.*

Reus.

Reus ad mortem damnatus, si pridie Eucharistiam ex deuotione sumpsit, an possit in ipso die supplicij de nouo illam sumere, si cibum ex inaduertentia sumpsit? Et quid si forsitan cibum aduertenter sumpsit, si postea penitens factus veller communicare. *tr. 1. ref. 78. 79. & 80. p. 208. & 209*



Vbi latè, & alia notabilia contingentia in dicto casu pro ministranda Eucharistia, & confessione ad mortem damnatis, ibid.

Rex.

* Vide verb. *Excommunicatio.*

Ritus.

De ritibus celebrandi Missam multa curiosa obseruantur, tr. 1. ref. 195. §. 1. p. 112

Sed si vacas otio, in Indice primo posito in principio huius Tomi, in Tract. 1. de *Celebrat. Missar.* inuenies quamplurimas quaestiones super omnibus ritibus contingentibus à preparatione Sacerdotis in celebratione Missarum vsque ad finem celebrationis, & reditio ad Sacristiam, à Resol. 154. vsque ad Ref. 250. inclusiuè, p. 93. & seqq.

Circa ritus administrandi Sacramentum Extremæ-Vntionis aliqua notabilia, tr. 4. r. 19. §. 1. p. 254

* Vide verb. *Missalis, Supplere.*

Rubrica.

Rubricæ Missalis non omnes sunt præceptiuae, sed aliqua directiuae. Vbi quæ obligat ad mortale, & quæ verò non, explanatur, tr. 1. r. 140. §. 6. p. 82

Rubricas Missalis Sacerdos in celebratione non obseruans peccet mortaliter? Et quid si vniam, vel alteram Rubricam non obseruat, aut si in rebus substantialibus Sacrificij deliquerit, tr. 1. ref. 164. per totam p. 97

Rubricæ Missalis quænam sint præceptiuae, & quænam sint directiuae? Præceptiuae sunt quæ tangunt aliquam legem Canonicam contentam in corpore iuris, v. g. de seruando ieiunio, de Ara consecranda, &c. Directiuae sunt quæ non inueniuntur in toto iure Canonico, nec in Rubricis Missalis ponuntur cum verbis importantibus præceptum, qualia sunt, *Mandamus, Præcipimus,* & similia, tr. 1. ref. 172. §. 3. p. 100

* Vide verb. *Cadere, Caremonia, Pollutio.*

Rudimentum.

* Vide verb. *Nescire, Scire.*

Rus.

Rus profecti sponsi recreationis causa, an possint ibi matrimonium contrahere, tr. 6. ref. 112. §. 1. & seqq. p. 400

S

Sabbatum Sanctum.

SI in die Sabbathi maioris Hebdomadæ veniat Festum Annunciationis B. Mariæ, an sint in illa die celebranda plures Missæ in Ecclesiis? Et quæ Missa dicenda sit in illa die, tr. 1. r. 74. §. 1. & seqq. p. 39

An dicenda sit Missa de Resurrectione cum Vesperis, tr. 1. r. 75. §. 1. ibid.

Vbi discutuntur omnes difficultates quæ contingere possunt in prædicto casu circa introitum, Prophetias, Credo, & alia, etiam si Festum Annunciationis incidit in illa die, §. 3. & seqq. p. 39. & 40

In Sabbatho Sancto an possit à quolibet Sacerdote, secluso scandalo, in aliquo Sacello dici Missa priuata, ibid. in init. §. 10. p. 40

In Sabbathi Sancti die omnibus Sacerdotibus indiscriminatim licitum est priuatim celebrare, & qui voluerit celebrare ante Missam solemnem, potest dicere Missam de Sancto occurrenti in illa die, aut votiuam, tr. 2. r. 45. §. 3. p. 184

Si in Sabbatho sancto Sacerdos, secluso scandalo, Missam priuatam secretò dixit, ab Episcopo potest puniri, tr. 2. r. 46. §. 3. p. 184

Et qua hora debet celebrare in illa die, ibid. §. 3

Si in Sabbatho sancto Festum Annunciationis B. Mariæ incidit, potest Episcopus ordinare vt in singulis Ecclesiis Missæ celebrentur, ibid. §. 6. p. 185

* Vide verb. *Festum, Missam audire, Nuptia Sacerdos.*

Nota quod in Tract. 1. de *Celebrat. Missar.* inuenio *Decreta Urbani VIII. & de SS. Eucharistia Sacramento, atque de omnibus occurrentibus ante & post, & in ipsamet celebratione Missarum,* ipse titulus demonstrat, quod in omnibus quaestionibus prædicti Tract. implicite, vel explicitè continetur hoc verb. *Sacerdos,* idè in Indice primo huius Tomi reperitur quicquid occurrit super hoc verb. *Sacerdos,* & notabilia inuenies, signanter à ref. 11. vsque 250. inclusiuè, p. 4. & seqq.

Eadem est ratio pro Tract. 2. de *Præcepto diuino, & ecclesiastico sacra Communio,* is etiam in articulo notatis. Vbi quamplures difficultates reperies super hoc verb. *Sacerdos,* vt Minister Communions sacra.

Eadem etiam erit ratio pro Tract. 4. de *Sacramente Extremæ Vntionis,* super hoc verb. *Sacerdos, Penitentis,* vt Minister ordinarius Sacramenti Extremæ Vntionis, vbi etiam plura inuenies, & scè omnia quæ contingere possunt pro dictis Sacramente, & Sacerdote ministrante illud.

De Sacerdotibus dubitantibus an habuerint requiritam intentionem consecrandi Hostiam, quid sit intendendum, tr. 3. ref. 1. §. 2. p. 221

Vbi an illis præcipiatur solùm verborum consecrationis prolatio deuota, & attenta, an etiam vt proficiat verba cum intentione aliqua actuali volenti consecrare, aut satisfaciendi præcepto obligati ad consecrandum, p. 222

Sacerdos celebrans Missam cum voluntario distractione, an satisfaciatur præcepto de audienda Missa in die festo, & in aliis diebus peccet mortaliter, tr. 3. ref. 4. §. 2. p. 223

Sacerdos podagra laborans, qui audit Missam, & simul excipit confessiones Nouitiorum, vel peccantium venialium aliorum, an satisfaciatur præcepto audiendi Missam, tr. 3. ref. 13. §. 2. p. 229

Sacerdos inferior an possit ministrare Extremam Vntionem ex præsumpta licentia Pontificis, & Ecclesiæ, si pastor absit, vel nollet hoc Sacramentum ministrare infirmo, tr. 4. ref. 25. §. 3. p. 237

Si Sacerdos simplex extra casum necessitatis infirmum vngeret, an in excommunicationem præter peccatum mortale incurreret, vel an hæc excommunicatio restricta sit tantum pro Religiosis, tr. 4. ref. 29. §. 1. p. 238

Sacerdos moribundus an possit se vngere, tr. 4. ref. 41. §. 1. p. 263

Sacerdos ordinatus cum Calice, & Patena non consecratis, an debeat iterum ordinari cum conditione, tr. 5. ref. 7. §. 9. p. 271

Sacerdos si non tetigit vasa sacra, aut illud instrumentum in cuius porrectione imprimatur character, an teneatur iterare Ordinem sub conditione, tr. 5. ref. 19. §. 2. p. 279

Sacerdos qui immediatè tetigit Patenam, licet non tetigerit Hostiam, potest tuta conscientia exercere Ordinem sacerdotalem, nec teneatur illum iterare, ibid.

Sacerdos quam intentionem habere debet postiter ordinatus, quando cum Episcopo in Missam solemnem concelebrat, tr. 5. ref. 20. §. 1. p. 280

Sacerdos cum ordinatur, si intelligit iam verba à socio prolata esse, an teneatur ipse non proficere vicariali verba consecrationis, tr. 5. ref. 21. §. 1. ibid.

Qui Sacerdotalem Ordinem recepit sine reliquis, vult esse Sacerdos, potestque exercere munera Diaconi, Subdiaconi, Acolythi, &c. tr. 5. ref. 27. §. 6. p. 282

Sacerdos simplex ex commissione Pontificis potest conferre aliquos Ordines, dummodo illos quos conferre habeat, tr. 5. ref. 27. §. 2. p. 282

Sacerdos ministrans Eucharistiam in peccato mortali, non

Rerum Notabilium.

non peccet mortaliter, tract. 5. ref. 118. §. 4. p. 331
Si Sacerdos proferat super materiam legitimam formam Sacramentorum absque intentione, verbi gratia, abluendi, vel consecrandi, etiamsi postea intentionem adhibeat, an nihil efficiat. tr. 6. ref. 100. §. 1. p. 395

Sacramentum.

Sacramenta vera an sint Ordines minores, tr. 5. ref. 119. §. 2. p. 331

* Vide verb. *Fidelis, Infidelis, Intentio, Litera, Ministrare, Opinio probabilis, Procurator, Sacerdos.*

Sacrarium.

* Vide verb. *Hostia, Panis, Pyxis.*

Sacrificium.

Sacrificium Missæ pro pluribus oblatum an prosit singulis, ac si pro vno tantum offerretur. tr. 1. ref. 36. §. 1. p. 17

Sacrificio eodem potest Sacerdos satisfacere pro voto, & pro eo qui elemosynam dedit. ibid. §. 4. p. 18

Et an pro eo, qui elemosynam dedit, & simul pro alio ex sola liberalitate, vel charitate, & gratitudine. tr. 1. ref. 37. §. 4. ibid.

Sacrificium Missæ directè offerre an Sacerdos possit pro aliquo Infideli, Turca, Hebræo, Catechumeno, &c. & ab illis accipere consuetum stipendium. tr. 1. ref. 42. §. 1. p. 22

Sacrificium propriè an dici possit illud, in quo non consecratur vinum, sed solus panis. tr. 1. ref. 229. §. 1. p. 139

Sacrificium verum an sit illud, in quo vinum ante panem consecratur. tr. 1. ref. 230. §. 5. p. 141

Sacrificium ne remaneat imperfectum, consecrato panis, an debeat Sacerdos & vinum consecrare, quamuis immineret periculum vitæ. ibid. §. 6

Sacrificium perficere sequenti die an possit alius Sacerdos, si moriatur Sacerdos celebrans post consecrationem Corporis Christi? Vbi alia contingentia in dicto casu. tr. 1. ref. 239. §. 1. p. 148

Sacrificium non perficitur, neque integratur in officio Veneris Sanctæ, cum vtraque species fuerit die eterno iam consecrata & sumpta: ideo illud officium non vocatur, nec est Missa, nec Sacrificium. ibid.

Sacrificium perficere an debeat alius, si Sacerdos moriatur post sumptam speciem panis, & sumat tantum speciem sanguinis: vel quid facere debet. tract. 1. ref. 240. §. 1. & seq. p. 149

Sacrificia tria Missæ vno & eodem tempore potest quis audire, & satisfacere præcepto Ecclesiæ de audienda Missa, voto, & penitentia à Confessario iniuncta. tr. 3. ref. 26. §. 2. p. 237

Sacrificij essentia an consistat in sola consecratione. tr. 3. ref. 27. §. 3. ibid.

* Vide verb. *Applicare, Religio, Religiosus.*

Saculares.

Saculares an satisfaciunt præcepto communicantes in Ecclesia Cathedrali. tr. 2. ref. 16. §. 3. p. 164

* Vide verb. *Regulares.*

Saluare.

* Vide verb. *Præceptum.*

Salus.

* Vide verb. *Coniux, Exponere, Medicamentum.*

Sanguis.

* Vide verb. *Cadere, Barba, Laicus.*

Sanitas.

* Vide verb. *Coniux.*

Satisfacere.

Satisfacere potest Sacerdos vnica Missa pluribus petentibus Sacrum sine stipendio. tr. 1. ref. 33. §. 8. p. 17

Satisfacere cum vnica communione non potest ille, cui in penitentiam iniungeretur, vt intra quindecim dies communicaret, & aliàs vouisset, ac simul præcepisset Prælati intra eisdem dies communionem

Tom. II.

facere, & si cum eisdem occurreret dies Paschalis, ideo tenebitur ad quadruplam communionem. tr. 2. ref. 24. §. 2. p. 173

Vbi cursum docetur, quod vno, eodemque actu potest quis satisfacere pluribus præceptis. §. 3. ibid.

* Vide verb. *Mulier, Præceptum, & eius notatio nem, Substitutus.*

Scandalum.

* Vide verb. *Amens, Coniux, Consanguineus, Ecclesia, Episcopus, Hæreticus, Hostia, Pater.*

Schismaticus.

A schismatico Episcopo an validè possit conferri Sacramentum Ordinis. tr. 5. ref. 23. §. 2. p. 281

Et an schismaticus Episcopus mortaliter peccet, si hoc Sacramentum conferret, quando id facere ab Ecclesia prohibetur. ibid.

Scholares.

Scholares Vniuersitatis an Episcopus possit ordinare Et quid si per decennium ibi commorantur. tract. 5. ref. 46. §. 1. p. 290

Et quid de filiis eorum, si forè Scholares in Vniuersitate uxorem duxerunt animo redeundi ad patriam. ibid. §. 2

Scire, Scientia, Scire.

Scire saltem *Pater noster, Ave Maria, Credo, & Decalogum* an debeant volentes matrimonium contrahere. tr. 6. ref. 95. §. 2. p. 393

* Vide verb. *Adulterare, Affinitas, Consanguinea, Fœmina, Legere, Nescire, Prohibitum, Scribere.*

Scribere.

Qui scribere nescit, quamuis sciat legere, an possit ab Episcopo initiari prima Tonsura. tract. 5. ref. 72. §. 1. & seq. p. 299

* Vide verb. *Murus, Surdus.*

Seditio.

* Vide verb. *Religiosus.*

Semen, Seminare, Seminatio.

De seminis emissionem tactibus prouocata inter coniugatos & solutos. tr. 6. ref. 214. §. 1. p. 463

Seminante viro pro consummatione matrimonij, si mulier non seminavit, idque partibus constat, an possint ingredi Religionem, sitque probabile quod per professionem solvatur matrimonium, atque adeo pars in sæculo relicta possit aliud matrimonium intrare. tr. 6. ref. 238. §. 3. p. 481

